Cristus baiulavit crucem suam +



Capitulum xxi

In precedenti capitulo audivimus de christi coronatione
Consequenter audiamus de crucis christi baiulatione
Cumque christus esset flagellatus illusus et coronatus
Eduxit eum pylatus ostendens qualiter esset tractatus
Hoc ideo fecit ut tali conditione et afflictione
Essent contenti et cessarent ab eius interfectione
Clamaverunt tamen rabidi canes qui eum circumdederunt
Et crucifige eum crucifige eum omnes clamaverunt
Cupiens autem pylatus de manibus eorum liberare
Dixit se velle unum captivum liberum eis dare
Tunc illi petierunt sibi dari barraban latronem
Christum autem postulaverunt tradi ad patibuli suspensionem
O impyssimi iudei autem non petivistis christum liberum dimitti
Qui liberavit vos de captivitate babylonis et egypti
Videns autem pylatus quod non proficeret nisi quod magis tumultus fieret
Lavit manus ut per hoc innocentem se ostenderet
Hoc agebat per pylatum occulte spiritus sanctus
Innuens quod christus moriturus esset innocens et iustus
Uxor autem pylati dixit quod multa pro ~~ipso~~ sompnia de ihesu vidisset
Et ipsum dimittendum quia homo iustus esset
Hoc faciebat dyabolus cupiens impedire christi passionem
Ut impediret humani generis redemptionem
Et quod pylatus ~~tantum~~ hoc volebat christi liberatione ~~instituisse~~ fertur

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0122
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg